

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

Z ante E

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Zacynthus, [Ζακύνθος] German. Ein Insel im Ionischen Meer; liegt Peloponnesi an der Seite gegen Aegeron. In Insula Ionu maris parva Occidentali Peloponnesi lateri adiacens, urbemque habens ejusdem nominis, à Zacyntho Dardani filio, qui in ea imperavit, dicta. Plin. lib. 4. cap. 12. Inter Cephalleniam & Achaiam cum oppido magnifica, tum fertilitate præcipua Zacynthus, aliquando appellata Hysie. De hac Virg. lib. 1. Aen. iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Zadrame, [Ζαδραμή], regia Cinxæcolopitarum, qui felicitis Arabiz populi sunt, Steph.

Zaxa, [Ζαχα], Vitis Bœotiz antiquissima, Steph.

Zagrius, [Ζαγριος], Tauri montis pars, Mediæ dirimens à Babilonia. Autor Strabo lib. 11. cap. 15.

Zaleucus, [Ζαλευκος], Nomen fuit legislatoris Locrensiæ, qui quum in adulteros hanc penam statuisset, ut in adultério deprehensi utroque orbarentur oculo: oblato filio, multisque telibus adulterii convicto, quum neque patrum animum posset exuere, neque solus pœnæ, quam in alios statuerat, immunitis esse velleret: libi primùm unum oculum, quamvis plurimùm reclamante plebe, & filii crimen patris virtuti condonante, deinde & filio alterum iussit erui. Autor Valerius libro 6. capite 5.

Zama, [Ζαμα], Africæ urbs fuit, apud quam Africanus major Annibalem insigni clade affecit. Vide apud Liv. lib. 10. belli Punici secundo.

Zamolxis, [Ζαμολξις], Vnicus Getarum deus, ad quem proficisci existimabant eos, qui à vita decederent. Nonnunquam etiam forte ex vivis aliquot deligebant, quos de rebus suis Zamolxidi nuntios mitterent: quos post mandata, quæ illi nuntiata cupiebant, in sublime iactatos, gladiis excipiebant: atque ita interfeceros, recta ad Zamolxin proficisci credebant. Zamolxin autem quidam Pythagoræ servum fuisse existimant, qui quod Getas ad cultiorem vitam reduxisset, ab iis habitus est pro numine. Vide Herod. Histor. lib. 4.

Zancle, [Ζανκλή], Siciliæ urbs in peninsulo Pelori sinu: postea à Messeniis insauratoribus Messana appellata. Zancle autem prius à situs obliquitate dicebatur, quod falcis in modum curvata esset. Vide Strabonem lib. 6. & ipsa etiam Sicilia Zancle dici invenitur, à Saturni falce, quæ poëtæ fabulantur in Siciliam decidisse. Quam fabulam inde ortam putat Macrobius, quod in primis frugum fertilis sit. Saturnus autem primus putatur in Italiam frugum usum invenisse. Ovid. 13. Metam. Zancle quoque iuncta fuisse Italia legitur donec confinia pontus Abditulæ, & mediæ tellurem repulit unda.

Zancleus, [Ζανκλειος], a. um, [Ζανκλειος] ut, Zancle arena, Ovid. 13. Metam. Charybdis Zancleia, idem 4. Fast.

Zancles, [Ζανκλες], Senex quidam Samothesiacus, cui post annum vitæ quantum & centesimum dentes renatos fuisse tradit Plin. lib. 11. cap. 37.

Zapavortene, [Ζαπαβορτηνη], Asiæ regio, à Caspiis versus Orti sita: cuius descriptionem vide apud Plin. lib. 6. cap. 16.

Zareta, [Ζαρετα], fons supra Chalcedonium mare parvos nutrens cocodilos, qui Zareti vocantur, Steph.

Zarex, [Ζαρεξ], Laconiz maritima & heros Atheniensis, & Hippothoontis ægeus: unde etiam Tibum denominant. Stephanus.

Zariastra, [Ζαριαστρα], orum, [Ζαριαστρα], Indiæ urbs, quam alio nomine *basira* appellant. Auctores Plinius libro sexto, capite decimoquinto, & Strabo libro 17.

Z ante E.

Zela, [Ζελα], Oppidum fuit Thraciæ in Cœnica regione, eo in loco sita, ubi postea extructa fuit Flavio polis. Autor Plinius libro 4. cap. 11. & Zela altera fuit in Cappadocia, non procul à Megalopoli, à qua vicinus ager Zeleticus appellatur. Plin. lib. 6. cap. 3. & Strabo lib. 12.

Zelia, sive Zelea, penultima producta, [Ζεληα], Troadis oppidum, ad radicem Idaei montis, spectans ad Hellespontum. Auctores Plin. lib. 8. cap. 32. & Strabo lib. 12.

Zeniceus, [Ζηνικεος], Insignis piratæ nomen, qui occupato Olympo Asiæ monte, Lyciam, Pamphyliam & Pisidiam, assiduis excursionibus quum infestaret, multaq; loca munita in potestatem suam redegit, tandem P. Servilius, qui postea Ilianicus didus est, arma in se cõcitavit: quo quum montem præter omnem expectationem captum videret, seipsum cum tota domo concremavit. Autor Strabo lib. 14.

Zeno, [Ζηνο], German. Ein Philosophus aus Cyper: ein anseherlicher Stoiker. *Rea / weiser zu Athen in dēstler ch: ist gshalten worden.* Philosophus, ex Cyro Cypræ civitate, Stoicorum sectæ conditor, tanto in honore apud Athenienses habitus, ut apud eum claves urbis deponeret, ornarentque ipsam aurea corona, & statua ærea. Hic adolescenti cuidam inepta multa loquenti: *Ided, inquit, duas habemus aures, os autem unum, ut scilicet multa audiamus, pauca verò loquamur.* Decessit nonagesimo ætatis suæ anno, sine morbo. Nam (ut ferunt) quum abiret ex schola, lapidem offendens, digitum perfrigit: manu verò terram feriens, illud ait ex Niobe: *Veno, quid me vocas?* Et continuo se strangulans interiit. Cicero in Oratore: *Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam quum compresserat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam aiebat ejusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilataverat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.* Fuit & alius Zeno Eleates, quem Dialecticæ inventorem fuisse scribit Aristoteles. Hujus celebratissima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Nam quum adolescentem nobilissimum cupido liberandæ patriæ inflammasset contra Nearchum tyrannum, facto indicio comprehensus, traditusque est tortoribus torquendus. Quumque laceraretur, ut conficiam conjugationis nominaret, neminem illorum indicavit: sed amicos, intimosque tyranni participes conjugationis esse dixit. Deinde quum quipiam se in autem tyranni loqui velle significasset, eam mordicus direptam non ante dimisit, quam iuxta aure populatum caput reliquisset. Verum quum jam veteretur ne toties repetitis tormentis resistere non posset, conversus ad cives, qui quæstioni intererant: *Admiror, inquit, vestram ignaviam, o cives, qui eorum metu, quæ ego nunc patior, tyranni jugum sustinetis: idque quum dixisset, concisam dentibus linguam in os tyranni expuit. Quo facto tanto civium animos libertatis desiderio incendit, ut concursu undique facto, Nearchum lapidaverint.* Fuit & alius Zeno philosophus Epicureus. Cicero in synchronos ad est, contemporaneus: quem idem Cic. lib. 1. de Finib. se cum cum Attico frequenter audivisse testatur, Epicuri sententias explicantem.

Zenobia, [Ζηνοβια], Odenati uxor, quæ à Prolemæis originem ducens, Græcis ac Latinis literis ornatissima, necnon & rebus bellicis celeberrima, in Palmyra Syriæ urbe regnavit. Hæc quum Saporem Persarum regem superasset, tandem ab Aureliano Augusto victa, Romam in triumphum ducta fuit: ubi summo cum honore consenuit. Vide Volaterranum.

Zenobius, [Ζηνοβιος], Sophista qui Adriani temporibus Romæ floruit. Scripsit epitomen Didymi & Tarrhiæ libris tribus: & Salustii historiam in Græcum sermonem convertit. Autor Suidas.

Zenodorus, penultima prod. [Ζηνοδορος], Statuarius insignis fuit sub Nerone, qui Mercurium colosseum fecit apud Arvernos CCCC. pedum altitudine: deinde & Neronia colosseum, qui postea dedicatus fuit numini Solis. Autor Plinius libro 34. cap. 8.

Zenodorus, penult. cor. [Ζηνοδορος], Ephesius versificator, & Grammaticus, qui temporibus Prolemæi primi floruit: quo etiam Alexandriæ bibliotheca fuit præfectus: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas. Fuit & alter Zenodorus Grammaticus Alexandrinus, qui in quædam Platonis, Homeri, & Hesiodi opera commentarios conscripsit. Vide Suidam.

Zenodorus, [Ζηνοδορος], Vitis Osiœne prope Nicæphorium, ut ex secundo Parthicorum Artiani annotavit Steph.

Zephyre, [Ζηφυρη], Insula est maris Mediterranei, juxta Cretam. Autor Plin. lib. 4. cap. 12. & Pompon. lib. 2. & Zephyre item, sive Zephyra, olim dicta fuit Caræ urbs, Mausoli sepulchro nobilitata, quæ deinde dicta est Halicarnassus. Autor Strabo libro 14.

Zephyrium, [Ζηφυριον], Promontorium est Locrotum, à quo Locri dicti sunt Epizephyrii, quod supra Zephyrium sita essent. Strabo libro 6: *Locri agri promontorium offerunt quod Zephyrium appellatur: portum habens ab Occasu venientibus ventis commodum: qua ex causa & nomen, assequitur.*

Zephyrius, pen. cor. [Ζηφυριος], Gall. *Quel Ital. Pennate. Ger. Der Westwind. Fland. West. Hisp. Ost. Polon. Wiatryschada. Slovac. Vng. Nap nyugati szel. Ang. The west wind.* Ventus flans ab Occasu æquinoctiali adveniens subiolanum: quem Latini Favonium appellant. Dicitur Zephyrus quasi *Ζηφυριος*, vitam ferens: vel quia fert quæ sunt ad vitam. Eo sane plantæ omnes germinant, & pullulant. Vide Gell. lib. 2. cap. 22.

Zephyrius, adjectivum: ut, Zephyria ova. *Carissima dicitur hoc est, sterilia, quod vento putantur generari.* Plinius libro 10. cap. 60: *Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur.*

Zerbis, [Ζερβις], Mesopotamiæ fluvius in Tigrim cadens, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 26.

Zerethra, Arcades vocant vadi foramina quædam, per quæ Erasinus fluvius è lacu Stymphalo erumpit in Argivam terram. Autor Strabo lib. 8.

Zerynthum, [Ζερυνθη],

Zerynthum, Ζερύνθη, Antrum est in Thracia, non procul à Zona urbe & Hebro fluvio, Hecates numini sacrum, ut est autor Lycophron: unde & canes in eo immolabantur. Suidas Veneti sacrum fuisse existimat, eamq; inde Zerynthiam didi. Vide Caelium Rhodig. lib. 8. cap. 23.

Zerēs, Ζηρς, Fuit filius Boreæ ex Orithyia, & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero fuerunt: & quoniam allati fuisse feruntur, ad pellendas Harpyias missi sunt, teste Servio.

Zethus, Ζηθς, Iovis ex Antiopa filius, & frater Amphionis: cui adiutor fuit in condendis Thebis. De quo Cic. lib. 2. de Orat. Miror cur philosophia sicut Zethus ille Pacuvianus, propè bellum indixerit. Horat. 1. Epist. 17: Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atq; Zethi dissiluit.

Zeygana regio, Ζεγγανη, Eadem que & Africa propriè dicta. Autor Plin. lib. 5. cap. 4.

Zeygma, Verbs insignis ad Euphratem fluvium, LXXXII. M. passuum à Samosanis Comagenæ civitate distans. Autor Plin. lib. 6. cap. 24. Et Verbs Dacia, Ptolem. lib. 3. cap. 8. [Vulgò Caisberg.]

Zeuxis, Ζεξις, German. Ein ausständiger Meister zu seiner zeit. Clarissimus pictor Heraclides fuit, qui in cetramen picturæ cum Parthasio descendit, ut vasq; tanto successu pictas in scenam detulit, ut ad eas aves advolarent. Parthasius autem linteam attulit pictum, ita veritate representata, ut Zeuxis altum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam: intellecto que errore, concederet palmam ingenio pudore: quoniam ipse aves sefellisset: Parthasius autem se artificem. Fertur hinc pinxisse puerum uvas fetentem, ad quas quum advolassent aves, iratus est mira ingenitate operi suo, & dixit: Vvas melius pinxi quam puerum. Nam si hunc consummassem, aves timere debuerant. Pinxit & Helenæ simulachrum, quod deinde Romanam translatum fuit, & in Philippi porticibus collocatum. Hæc ex Plinio, libro 35. capite 10.

Zeuxo, Ζεξις, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. Hesiodus in Theog. Ζεξις η, Κλυτρη η, Ιολη η η, Πασση η.

Ziela, Ζηλα, Cappadociæ oppidum, teste Stephano, à Ziela Nicomedia filio conditum.

Zigere, Ζιγερς, Oppidum Scytharum Atoletum in ea parte Thraciæ, quæ Istri ostiis incumbit. Autor Plinius libro 4. capite 11.

Zigarum, ea terra fertur, ex qua populi exierint, qui nostra ætate cum liberis & uxoribus Europam pervagantur. [German. Das Ziegenherde.]

Zilis, Ζηλις, Oppidum Mauritanix Tingitanæ, regem olim ditioni excerpum, & à Batia jura petere iustum. Autor Plinius lib. 5. cap. 1.

Zimiris, Ζιμιρις, Regio Aethiopiæ arenosa, in qua magnetes optimi inventiuntur. Plin. lib. 36. cap. 16.

Zingi, Ζηγις, Maotidis paludis accolæ supra Cimmericum Bosphorum. Plin. lib. 6. cap. 7.

Zipætiæ, Ζηπεινη, Bithyniæ oppidum, à Zipæto rege ita appellatum. Gentile Zypætius, Ζηπεινη. Steph.

Zirinia, Ζηρινη, Thraciæ oppidum, ut ex lib. 3. Philip. Theopompi annotavit Stephan. Gentile Ziriniates, Ζηρινητες.

Zizama, Ζηζαμη, Oppidum Garamantum, unum ex iis, quæ à Cornelio Balbo in Romanorum ditioem sunt redacta. Autor Plin. lib. 5. cap. 5.

Zmilus, Ζημιλλος, Nobilis architecti nomen, qui unà cum Rholo, & Theodoro Labyrinthum Lemnium extruxit, centum quadraginta columnis insignem. Autor Plinius libro 36. cap. 17.

Zoara, Ζωαρη, Verbs Persidiæ, cuius incolæ dicuntur Zoaræ, Ζωαρηται. Et item Zoara, Palæstina locus, quò Lot tempore Sodomiticæ calamitatis confugit. A quo fit gentile Zoarenus, Ζωαρηται.

Zobidæ, Ζωβιδαι, Populi Carmaniæ finitimi: ut annotavit Stephanus ex Quadrati Rerum Parthicarum lib. 2.

Zocæum, Ζωκαριον, vel Ζωκαριον, Verbs Arcadiæ, à Zeto quodam, Stephanus.

Zoelæ, per tres syllabas, penult prod. Ζωδα, Asturix populi in Hispania citeriore, Persiciæ, & Gyris finitimi. Autor Plin. lib. 1. cap. 3: Apud hos præstantissimum lini genus nascebatur, & splendidissimum, idq; natura torrentis, in quo poliebaturur testatur idem Plin. lib. 19. cap. 1.

Zoëus, Ζωειος, German. Ein biffertiger vnd teubiger Polt so etliche Wäcker wider Homeros geschriben hat. Sophista fuit Amphipolites, Ptolemæi temporibus, hoc uno facinore nobilitatus, quòd Homerum poetarum omnium principem libris adversus eum scriptis ausus sit reprehendere: unde & ipse Ζωειος cognomen accepit. Quæ scripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo sperans. Verum quum nihil daretur, penuria coactus, submitit qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari se ait, quum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia palceret, Zoilum egere Homero multo doctiorem. De mortis eius genere diviti diverfa sentiant. Alii partidii convictum iussu regis cruci suffixum volunt: alii quum in Græciam redisset, de Scironis saxis fuisse præcipitatum. Ab huius autem mortibus sumptum est, ut homines lividi, & ex alieni ingenii obtreccatione laudem aucopantes, Zoili dicerentur. Ovid. lib. 1. de Remed. amoris: Ingenium magni livor detrectat Homeri, Quisquis es ex illo Zoile nomen habes. Vide Adagia Erasmi.

Zombis, Ζωμβις, Verbs Mediæ Steph.

Zona, Ζωνη, Verbs Ciconum, Stephan. Nicand. scribit Zonam esse locum quendam montanum & civitatem eiusdem nominis.

Zopyrus, penultima correpta, Ζωπυριος, Physiognomon quidam fuit: hoc est, ex eorum genere, qui se hominum mores, naturasque ex facie lineamentis perspicere proficiunt. Hic quum aliquando oblarus esset Socrates, isq; cum hominem stupidum, bardumq; esse respondisset, cæteris eam vocem is excipientibus: Nò falleris inquit Socrates) & Zopyrius talis enim eram, nisi vitiosam naturam Philosophiæ præceptis superassem. Zopyrus præterea alius fuit, filius Megabyzi, unus ex iis, qui occiso Pseudolmerdi, Persarum regnum è Magorum manibus vindicarunt. Hic quum Darius Babylontem vigesimum jam mensem frustra obsideret, nasum sibi, auræ, & labia amputavit, & ita ad Babylontem transfugit, multa de Darii injura conquerens, quem sibi immeriti ita faciem mutilasse simulabat. Receptus itaq; à Babyloniis, levibusque aliquor præliis re satis feliciter gesta, universæ urbis dux constitutus, urbem Darii tradidit. Quam tamè victoriam sibi nimis magno constare sæpè conqueritus est, unum sese Zopyrum integrum malle asserens, quam viginti cupere Babylonei. Autor Herod. lib. 5.

Zoroandæ, Ζωροανδη, Locus est circa Tauri montem, ubi Tignis cunicus absorptus, rursus erumpit. Vide Plin. lib. 6. cap. 27.

Zoroastres, Ζωροαστρης, Bactrianorum rex, Astrologus & Magix peritissimus, qui eadem, qua Ninus Assyriorum rex, ætate floruit, à quo post multa prælia vario eventu commissa, tandem debellatus esse traditur, & occisus. Hic omnium mortalium unus, teste Plin. lib. 7. cap. 16, eodè quo natus est die nisse ferunt: crebrumq; ei adeo dicitur palpitasse, ut impositam repelleret manum, futuræ præfagio scientiæ. Primus enim artes magicas creditur invenisse, ut autor est idem Plin. lib. 30. cap. 1.

Zoster Atticæ promontorium est, non procul ab Anaphyllo, quam longissimè in mare excurrens, teste Strabone lib. 9.

Zuchis, Ζυχις, Oppidum est Asiæ, non procul à Syntibus à quo fit gentile Zuchites, Ζυχινης, Stephan.

Zygantes, Ζυγαντες, Populi sunt Aphricæ mediterraneæ, similis fere victantes, quorum magna copia apud ipsos gignitur. Plura de iis scribit Herodot. lib. 4. Horum civitas Ζυγαντη, commemoratur à Stephano.

Zygi, Vide ZINGI.

Zygina, Ζυγινη, Insula in mari rubro, Gentile Zygenites, Poss. Zygenicus, Steph.

Zygopolis, Ζυγοπολις, Ponti urbs in confinio Cappadociæ, non procul à Trapezunte. Autor Strab. lib. 12.

F I N I S

